



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Casus XLVII. De Beneficii collatione, & recitatione Breviarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

CASUS XLVII.

De Beneficii collatione, & recitatione Breviarii.

Pontifex mandatum dat Bonifacio Episcopo, ut Gabriel Sacerdos provideatur de Beneficio ad S. Petrum vacante. Bonifacius confert illicò Beneficium Gabrieli, post cujus collationem litteræ Româ allatæ nuntiant, Pontificem pridie collationis Beneficii piè in Domino obiisse. Quo audito Mutius litem movet Gabrieli contendens collationem ob mortem Pontificis nullam fuisse, & præterea Beneficium illud uni ex sua familia conferri solitum fuisse, ac deberi: Gabriel autem, dum lis dirimitur, pergit Horas canonicas recitare, licèt nullos interim ex Beneficio fructus percipiat?

QUÆR. I. An hoc mandatum Pontificium morte Pontificis expiraverit, adeoque collatio Beneficii nulla fuerit?

QUÆR. II. An Beneficiatus, qui Beneficium quidem actu possidet, sed ob litem intentatam nullos interim fructus ex illo percipit, teneatur interim Breviarium recitare; adeoque si recitare intermittat, teneatur ad restitutionem fructuum sequestratorum postea percipiendorum lite terminata?

QUÆR. III. An Beneficiatus tenue habens Beneficium Breviarium vi illius recitare teneatur, & si obligatus sit, & non recitet, possit sibi tanquam pauperi applicare eos fructus, quos aliàs restituere, & pauperibus applicare teneretur?

264 **A**D I. Q. Non nulli cum Eman. Rodrig. qq. reg. tom. 1. q. 9. a. 1. censent mandatum illud Pontificium expirasse morte concedentis Pontificis, atque adeò collationem Beneficii, Gabrieli factam, nullam fuisse. Rationem dant; quia mandatum morte mandantis expirat re integra, leg. mandatum, C. mandati.

dati, & C. cui nulla, ubi dicitur; si super provisione certæ personæ faciendæ detur potestas alicui, & res fuerit integra, cum concedens moritur, perire gratiam: atqui in posito casu conceditur talis facultas, & res seruat adhuc integra; cum mors concedentis Pontificis Romæ acciderit pridie collationis Beneficii Gabrieli hinc factæ: ergo.

Nihilominus contrarium tenent, ac docent Gigas *de pensionib. q. 91. n. 4.* Nicol. Garc. *de benefic. 6. part. cap. 2.* Sanch. *l. 8. D. 28. n. 87.* Gutier *l. 2. can. qq. c. 17. n. 5.* Palao *tr. 3. D. 4. p. 16. §. 4.* Henriq. *l. 14. cap. 17. n. 7.* alique plures, affirmantes, idque probabilius, dictum mandatum morte Pontificis non expirasse, ideoque collationem Beneficii Gabrieli factam, validam fuisse. Ratio est; quia gratia facta non expirat morte concedentis: atqui mandatum in favorem Gabrielis datum censi debet gratia jam facta: ergo non expiravit morte Pontificis, maj. est communis, & certa DD. regula. min. prob. quia eo ipso, quod Gabriel de provisione certi Beneficii obtinuerit mandatum, jus acquisivit ad rem ad tale Beneficium, quod jus maxima gratia reputari debet, ac proinde non cessat morte concedentis re integra. Unde

Ad rationem in contrarium adductam R. tunc expirare manda-

tum morte concedentis juxta *citt. l. mandatum*, quando mandatum non est gratiæ factæ annexum; secus verò, si gratiæ factæ annexum sit, & datum pro illius executione.

Ad textum *cap. si cui nulla*, R. illum loqui de casu, quo non pro certo Beneficio, sed incerto, & posito in electione mandatarii conceditur mandatum; quia tunc non videtur gratia facta certa, & determinata, sed faciendæ, ut ex Rota Gig. Mandos. & aliis docent Garc. n. 30. & Palao *l. c.* imò ut cum aliis notat Sanch. *l. c.* textus *citt.* loquitur de casu, quando non datur propriè mandatum, sed solum licentia, & facultas; quia tunc non est executor necessarius, sed voluntarius, ac proinde cessat morte concedentis re integra.

Ad 2. Q. An Beneficiatus, qui 265
Beneficium actu quidem possidet, sed ob litem intentatam, aliamve ob causam nullos inde fructus interim percipit, teneatur pensum Canonicum persolvere? Noto Beneficiatum præter obligationem recitandi Breviarium vi Beneficii; aliam insuper contrahere obligationem, ut si, illud culpabiliter non recitet, teneatur ad restitutionem pro rata fructuum illi correspondentium, secus, si recitare non teneatur justa causa interveniente: Unde refert scire, an talis Beneficiatus, licet aliunde sit obli-

obligatus ad recitandas Horas Canonicas, etiam obligatus sit ad eas perfolvendas vi ipsius Beneficii, quod interim actu possidet? nam si obligatus sit, tenebitur ad restitutionem, si Breviarium recitare intermittat, secus, si recitare obligatus non sit.

Ad quod R. videri obligatum ex eo, quod juxta *cap. tibi absentis, de praebed. in 6.* recitatio Breviarii Beneficiatis simpliciter imposita sit à C. Lateran. & Pio V. ergo & Gabrieli Beneficiato, seu actu possidenti Beneficium. Verum

266 Communis sententia cum Cajetan. *V. horarum canonicarum omissio.* Navar. c. 25. man. n. 103. Less. dub. 31. Soto l. 10. de Just. q. 5. a. 3. Arrag. 2. 2. q. 83. a. 12. dub. 3. Laym. l. 4. tr. 2. c. 5. aliisque docet, Beneficiatum, qui nondum habet actualem possessionem Beneficii, vel habet quidem, sed ita litigiosam, ut dubium omnino sit, an lucraturus sit causam, & Beneficium obtenturus, non teneri Divinum Officium recitare ratione Beneficii, si interim nullos fructus percipiat, nec per ipsum stet, quo minus accipiat. Ratio est, tum quia non videtur æquum esse subire, ac ferre actu onus grave certum pro stipendio incerto, aut dubia possessione, hoc ipso quod multa impedimenta, aut documenta occurrere possint, ob quæ possessio nunquam acquiratur, nec

fructus inde percipiantur; tum quia talis non habet Beneficium secundum omnem effectum, cum Beneficium sit jus percipiendi fructus, nec censetur quis plenè, & perfectè Beneficium antè consecutus, quàm pacificam ejus possessionem acceperit. Unde.

Ad rationem petitam ex *cap. tibi absentis* &c. R. cum Suarez & aliis l. 4. c. 18. legem illam, cum sit onerosa, jure limitari, & extendi ad Beneficiatum strictè talem, seu habentem Beneficium propriè, perfectè, ac rigorosè tale, cujusmodi non est, nisi ille, qui Beneficium actu possidet cum fructu. Rectè tamen hinc notant citt. DD. cum Azor. l. 10. c. 4. q. 9. Valq. de Benefic. cap. 4. §. 1. n. 3. & Rodriq. p. 1. Sum. cap. 141. Concl. 3. si talis Beneficiatus spem habeat moraliter certam lucrandi causam, & pacificam possessionem obtinendi, eum omnino teneri ad penum canonicum perfolvendum; ut alibi à nobis dictum est.

Ad 3. Q. An Beneficatus, qui 267 valde tenue habet Beneficium, teneatur vi Beneficii Breviarium recitare, valde controversum est inter DD. non teneri arbitrantur Sotus l. 10. q. 5. a. 3. Less. l. 2. 34. dub. 31. Diana p. 2. tr. 12. R. 9. Rodriq. Mald. Arrag. si Beneficium habet tam tenue, ut nec quidem tertiam sustentationis partem adæquet; quia dantur ei redditus tanquam

quam stipendium vitæ; si ergo Stipendium nimis tenue, & insufficientes sit, non videtur parere obligationem Breviarium recitandi.

Alii cum Laym. l. c. n. 5. attendendam esse ajunt consuetudinem loci, in quo ejusmodi tenuia Beneficia conferri solent, & siquidem alicubi consuetudo orandi non sit, nec Prælati in collatione Beneficii id præcipere soleat, non dari obligationem orandi; secus, si alia vigeat consuetudo, & mos Ecclesiæ sit, tenuia Beneficia cum orandi obligatione conferre.

268 Verum communior, ac verior sententia apud Bonac. *D. 1. q. 2. p. 4.* & Navar. *in man. c. 25. n. 102. & c. 7. n. 27.* cum Suarez *tom. 2. l. 4. c. 12.* Azor. *1. p. l. 10. c. 3. q. 3.* Palao *n. 9.* Filliuc. *17. 23. c. 5.* Tolet *l. 2. c. 14. causa 5.* Garc. *n. 139.* Medin. Reginald. Covar. aliisque affirmat, Beneficiatum, qui Beneficium etiam valde tenue possidet, teneri ad pensum Canonicum persolvendum. Ratio est, quia jura indistinctè omnibus Beneficiatis pacificè Beneficium actu possidentibus recitandi Divinum Officium obligationem imponunt: atqui etiam ille, qui Beneficium, quantumvis tenue, actu possidet, est propriè, & verè Beneficiatus, fruiturque privilegiis Beneficiorum, ac subjacet pœnis contra eos Statutis:
R. P. Leonardelli Soc. Jesu.

ergo &c. Accedit, quòd talis Beneficiatus voluntariè, ac sponte sua acceptans Beneficium, hoc ipsò acceptet etiam onus, quod Beneficio scit esse annexum, cui proin scienti, & volenti nulla fit injuria ex injuncto onere Officium Divinum persolvendi.

Ad 2. Membr. an pauper Beneficiatus possit sibi id applicare, quod tenetur restituere, & in fabricam Ecclesiæ, vel in pauperes erogare ratione Breviarü culpabiliter omitti? Ratio dubitandi est; quia id, quod retinetur non dicitur propriè restitui, nec esset sic distinctio inter dantem, & accipientem.

Nihilominus posse pauperem Beneficiatum fructus restitutioni obnoxios sibi, tanquam pauperi, applicare, docent Suarez *n. 21.* Less. *n. 122.* Filliuc. *n. 326.* Tolet. *c. 12. n. 5.* Bonac. *p. 4. n. 8.* Gavant. *sect. 1. c. 6.* Sà, Navar. aliique plures contra alios apud Sanch. *l. 6. c. 11.* Ratio est, tum quia talis pauper Sacerdos, seculo peculiari Statuto, aut contraria consuetudine, non debet esse deterioris conditionis, quàm alii pauperes; tum quia in relatis supra juribus Pontificiis, quibus Beneficiatus jubetur ejusmodi fructus pauperibus distribuere, ipse non excluditur, qui proin dum sibi tanquam pauperi eos fructus applicat, non tam ipse sibi, quàm

P p

Pon-

Pontifex per eum eleemosynam fructuum applicatio non sit nimis elargitur. Opinio hæc sua vera frequens, & in fraudem legis, ut non caret probabilitate, magis- alibi dictum est in libello In- que placet, siquidem ejusmodi *struck. pract. Ordin. &c.*

CASUS XLVIII.

De pluralitate Beneficiorum Ecclesiasticorum, & Simonia.

Formosus in minoribus Ordinibus constitutus per plures annos infervit cuidem Episcopo, intentionem habens pro suo servitio Beneficium aliquod recipiendi, quod idcirco etiam obtinuit ab Episcopo, sed cum id valde tenue esset, nec sufficeret ad congruam sustentationem paulò post aliud consequitur de se sufficiens, & satis pingue,

QUÆR. I. An illa collatio primi Beneficii fuerit Simoniana, & si fuit, an Formosus nihilominus illud retinere possit, anue resignare teneatur?

QUÆR. II. An habens Beneficium insufficienti, & acquirens sufficiens, quoad residentiam, & servitium compatibile, teneatur dimittere insufficienti? Item an habens sufficiens possit obtinere etiam insufficienti?

QUÆR. III. An & in quibus Beneficiis dispensare possit Episcopus quoad eorum pluralitatem?

²⁷⁰ **A**nte resolutionem primi Q. Notandum est, simoniam communiter definiri, quod sit *Studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid Spirituale, vel Spirituali annexum.* Ubi verbum *emendi*, vel *vendendi* latè hinc accipiendum est, ita ut comprehendat omnem commutationem, sive contractum reciprocum; uti & nomen *pretii*, (sine quo emptio, & venditio esse nequeunt) ita scilicet ut comprehendat non tantum pecuniam, sed omnem rem temporalem & flumabi-